

Band IV., Nr. 1214, Seite 282-283

*Graf Wolfrad der Jüngere von Veringen überträgt die von dem Ritter
Heinrich von Benzingen auf Bitten des seitherigen Lehensinhabers
Hartmann von Meßstetten zum Zweck der Übergabe an das Kloster
Heiligkreuztal ihm überwiesenen Güter in Huseberg an das genannte Kloster.*

Veringen, 1252.

Ad imprimendam memoriam futuri temporis presenciam hominibus per scripta, que contineant acta nostra legitima, debemus conficere, ne, si gesta nostra scriptis committere neglexerimus, negligenciam nostram incuset ignorancia futurorum. Tam presentibus quam futuris litere presentis inspectoribus ego Wol., dei gracia comes iunior de Veringin, desidero notum esse, quod H. miles de Benzingin proprietatem bonorum suorum apud Hÿscherch ad petitionem Hartmanni de Mestetin, qui usque nunc in feodum tenuit, mihi iuste et racionabiliter assignavit, taliter statuendo, ut idem predium suum in signum bone memorie prefati Har(tmanni) de Mestetin abbatisse totique conventui de Valle Sancte Crvcis tamquam heredi legitimo conferrem. Ego igitur de bona voluntate mea et libertate cum omni iusticia ad presenciam virorum ydoneorum predictae abbatisse et conventui prefatum predium assignavi. Testes autem qui interfuerunt sunt hii: H. plebanus de Titsteten¹, Hanricus plebanus de Hetingin, Al. viceplebanus de Veringin, dominus H. miles de Salkesbvrch, dominus Her. de Hornstæin. Ut autem hec rata et tuta permaneant a calumpniantium insultacionibus et ut sepefata abbatissa et conventus ex mea provisione plenissima securitate gaudeant, in testimonium donacionis concessi eisdem scripta presenciam sigilli mei munimine roborata, nunc et in perpetuum valitura.

Acta sunt hec anno domini M. CC. LII^o. apud Veringin et cetera.

Der Textabdruck folgt dem Original.

Das Siegel ist verloren.

¹Deutstetten.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 457 U 1294

Regesten:

UB Heiligkreuztal, Bd. 1, S. 8, Nr. 29.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Veringen

Aussteller:

Wolfrad; Graf von Veringen, der Jüngere

Ortsindex:

Benzingen Wohnplatz (16547)

Benzingen, Winterlingen, BL

Burgfelden : Albstadt BL

Burgfelden Wohnplatz (16567)

Deutstetten Wüstung (24220)

Deutstetten, Veringenstadt, SIG, W

Heiligkreuztal Wohnplatz (17046)

Heiligkreuztal, Altheim, BC

Hettingen Wohnplatz (21077)

Hettingen, SIG

Hornstein Wohnplatz (21053)

Hornstein, Bingen, SIG

Huseberg Wüstung (23949)

III

Huseberg, Ertingen, BC, W

Meßstetten Wohnplatz (16454)

Meßstetten, BL

Veringenstadt SIG

Veringenstadt Gemeinde (21373)